



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 118. Hussitæ, Ductore Zischa, armati coram Wenceslao.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. veniunt, Nicolaum Huffinetz ad Wenceslaum Regem ablegantes, qui plures ad A.C. 1418. ——————
huc Ecclesias ipsis concedi rogaret, eo quod sectariorum numerus indies cresceret. Obstu-
puit Rex de tanta hæreticorum impudentia, atque Legatum evo-
luto tertio die redire jussit, quæ decretu-
rus esset, percepturum.

§. CXVIII.

*Hussitæ, ductore Zischa, armati coram
Wenceslao.*

E xeunte triduo Wenceslaus per Virum, quem a consiliis habebat, Hussitis indicari præcepit, se equidem illis propensum esse, velle tamen, ut obedientiam suam luculento testarentur argumento, atque ideo die præstituto arma sua ad Palatium deferrent, ac coram se depo-
rent. Quo mandato perterriti, eorum plurimi nequaquam jussis obtemperandum rati, abire, sibique fuga consulere decernebant. Verum Zischa suam eis ignaviam exprobravit, exponens, illos in charybdin, dum scillam effugerent, præcipitatum iri, eoquod abs dubio, si velut fugitivi domos suas repeterent, singuli atque ab invicem sejuncti sensim perituri essent; de cetero sibi longe melius perspectam esse Regis indolem; hunc enim adeo gavisurum aspectu Virorum bene ar-
mato-

matorum, ut de armis ponendis nec men-^{Sæcul.} XV.
tionem quidem facturus esset. His ad-A. C. 1418.
dit: Ego ipsemet quoque Dux vester ero,
nec vestro nomine in Palatio verba fa-
cere recuso. Hac conditione Hussitas in
suam pertraxit sententiam. Itaque Zischa
illos coram Rege producens, similibus
eum verbis allocutus est: Sacra tua Ma-
jestas jubet, ut Hussitæ coram te compa-
rerent armis instructi, quæ eis juxta gen-
tis suæ jura, ut se contra hostes tuos tue-
ri possent, deferre competit; cumque
non alio consilio id jussum fuisse creda-
mus, quam ut ad debellandos regiæ tuæ
dignitatis hostes educeremur, hinc para-
tissimi adsumus, simul ac ejusmodi ini-
micos cognoverimus, vitam & sanguinem
profundere. Wenceslaus callido hoc ser-
mone deceptus, virtutem ac Zischæ au-
daciam commendat, omnesque Hussitas
incolumes domum abire jubet.

§. CXIX.

Rosa aurea Sigismundo a Pontifice donata.

Ineunte mense Martio summus Pontifex *Reichental*
Rosam auream a se benedictam Sigis-^{I. c.}
mundo Imperatori donavit, quam sub
splendidissimo umbraculo delatam Cardi-
nales aliique Prælati, comitantibus quo-
que S. R. I. Electoribus ceterisque Prin-
cipi-